



Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Fredericvs Dei Gratia. Romanorum Jmperator, & semper Augustus
Hierusalem & Siciliae Rex, dilectis Principibus suis, Venerabilibus
Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque praelatis ecclesiarum, Ducibus, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissime Inquisitionis.

27

Atrum minorum, partes suę sollicitudinis adimpleri dilecto filio... Ministro provinciali eiusdem ordinis, in administratione S. Francisci mandauit, ut ipse duos ex fratribus suis viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes assumeret, eisque in partibus vestris Inquisitionis officium contra hereticos, eorumque, fautores, & complices iniungere procuraret. Nos itaque Christi nomen in populo exaltari gaudentes, ac fidei eius massam ab omni per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vocis scripta mandantes quatenus attendentes prudenter, quod Inquisitores huiusmodi à predicto deputati Ministro pro defensione ipsius fidei & cum salute fidelium laborantes, & periculis personas proprias salubriter exponentes, ne queant ad omnia, quę tanto expeditum negotio sufficere per seipso, eisdem & aliis, si quos ad hoc ex ipsis fratribus contigerit deputari, in predicto exequendo negotio efficaciter assūstat, opportunum sibi consilium, fauorem, & auxilium impendendo, ita quod exinde vestra fidei sinceritas merito valeat commendari, nec contingat Dei opus periculose per vestram negligentiam, vel intermitte, quas proculdubio, prèter id quod horrendis notaret maculis infamia negligentes vtrix omnis inobedientia, ac negligentia Apostolica severitas acri percelleret disciplina. Datum Anagni xij. Kalendas Decembribus, Pontificatus nostri Anno quarto.

De Curia her. p.

I. D. E. M.
jubet obseruari leges Federici Imperatoris contra hereticos, & eorum complices editas, quas nominatim inserit huic rescripto, quib. p̄enē curiae in eos late cōtinetur, et multa Inquisitorib. privilegia cōceduntur.

Easdēm inseruit in suo simili rescripto Innocentius Papa IIII. quod suū praū impressum est suo loco,

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecti filii Potestatibus, consiliis, & Communitatibus Civitatum aliorumq; locorum Italie, Salutem & Apostolicam benedicione.

Edita Anno Do
mini 158.

CVM aduersus hereticām prauitatem quondam Federicus olim Imperator promulgaverit quādam leges, per quas ne peruagetur compeli poterit peccatis illa, nos illas quas felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster obseruari mandauit, prout in ipsis litteris continet, perspeximus, volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, vniuersitatē vestrā per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quantum tenore vobis mittimus inseritos p̄uenibus faciat singulari in vestris capituloibus annotari contra hereticę lectę cuiuslibet, secundum eas exacta diligentia processuri. Alioquin dilecti filii fratribus Inquisitoribus hereticę prauitatis ordinis Prædicatorum vel Minorum, ac eorum singulis litteris nostris iniungimus ut vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram appellatione remota, compellant.

Ex Archivio
conventus San
ti Francisci de
Assisi.

Tenores autem legum ipsarum hi sunt.

F R E D E R I C V S D E I G R A T I A .

Romanorum Imperator, & semper Augustus, Hierusalem & Siciliae Rex, dilectis Principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque prælatis ecclesiasticis, Ducibus, Marchionibus Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Scultetis, Burguijs, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium constitutis, præsentes litteras inspecturis fidelibus suis, Gratiam suam, & omne bonum.

Correcta ad au
tem exemplar

OMMISSI nobis cœlius cura regiminis Imperialis, cui dante Domino præsidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo diuīsim à sacerdotio fungimur gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hereticę prauitatis exigunt exercendum: ut perfidie vipereos filios contra Deum, & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri coruores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos vivere non paſſuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauor infligitur corruptela. Statuimus itaque sanctientes, ut heretici quocumque nomine censeantur, ubique per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio affligati, animaduertione debita puniantur.

Si qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, tertii metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum p̄cipitatem, in perpetuum carcerem detrudantur, Præterea quicunque heretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica Sede datos, & alios orthodoxa fidei zelatores, hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, & ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos

captos ac tuis custodice donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte peritent; qui A fidei sacramenta, & vita damnabant. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fouendum bæreticorum errorem, callidus hostis suscitat aduocatos: vel parat illicitos defensores; maxime cum fa- cinis quos inquinat, equat: nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in uno loco de hæresi ad alia loca se trasferunt, ut cautius possint effundere vi- tu's hæreticæ prauitatis, debitam censemus subite vindictam: vt super hoc per viros ab eodè errore con- uertos ad fidem, necnon, & per alios, qui eis de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus li- cite faciendum) evidens testimonium habeatur. Item mortis sententię ducimus addicendos, si quos bæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abiurantes postmodum de falso iu- ramento constiterit, & fide mentita conuicti, † ac eos contigerit eiusdem morti spontaneam incurrit reciduam: vt sibi damnabilius iniurias sit mentita, & pœnam debitam mendacium nō enadat. Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorum- dem penitus amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fides, hære- ticæ labis genimina modis omnibus delectantur. Cæterum quia quanto maiora diuinæ nutu miseraio- nis accepimus, & altiorem locum p̄ q̄ filij hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos lese maiestatis, in personis eorum, & liberorum suorum exhortatione damnamus, multo fortius istiusque contra Dei blasphematores nominis, & catholicę fidei detractores, prouocamus: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæretes, & posteros, v̄sque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus, imperiali au- thoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo mereore tabescant, & scientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vleascens. Nec quidem à misericordia finibus duximus ex- cludendum, vt si qui paternę hæresi non sequuntur, latenter patrum perfidiam teueluerint: quacumq; reatus illorum animaduersione plectantur, p̄ q̄dilectę punitioni non subiaceat innocentę filiorum. Ad hec notum fieri volumus Fratres P̄dicatoris ordinis P̄dicatoriū, pro fidei negotio in partibus im- perij nostri contra hæreticos deputatus, ceteros queque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi ali- qui eorum ab imperio fuerint proscripti, cundo, morando, & redeundo, sub nostri imperij speciali defen- sione receptos; & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium imperij esse volumus inof- fensos: vniuersitati vestra mandantes, quatenus quo cunque, & apud quemcunque vestrum peruererint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indem- nes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequan- dis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenter cu- stodia detinendos, donec post Ecclesiasticę damnationis iudicium, penam lubeant, quam mereantur: sci- tuti p̄ in executione ipsius negotij, gratum Deo, & laudabile nobis obsequium conferetus, si ad expel- lendum de partibus nostris imperij nouam, & insolitam hæreticę prauitatis infamiam, open, & operam- vna cum eisdem Fratribus p̄fitteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens, & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit in merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxij. Februarij, xij. Indictione.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC.

NON CONSUNTILE M tunicam Dei nostri disfluere conatur hæretici, & vocabuli vicio- teruietates, quod significationem diuisionis enuntiat, in iplius indubibilis fidei unitate nituntur inducere sectionem, & ones à Petri custodia, cui paseundæ à pastore bono sunt creditæ segregare. Hi sunt lupi rapaces intrusus, eo v̄sque mansuetudinem prædictos ouium, quoisque ouile possint subintrare Dominicum. Hi sunt angeli pestis. Hi sunt filii prauitatum, à parte nequitie & fraudis auctore, ad animas simplices destinati. Hi colubri, qui coūbas de- cipiunt. Hi serpentes, qui latenter videtur inserpere; & sub mellis dulcedine virus euomere: vt v̄t cibā ministrare se simulent, à canda ferū: & mortis poculum velut quoddam dirissimum venenum immi- scens. Horum secta veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notaे nominibus: vel (quod est forte, nefandius) nō cōtentæ, vt vel ab Attio Attiani, vel à Nestorio Nestoriani, aut a similibus similes nū cupentur; sed in exemplum martyrum, qui pro fide Catholica martyria subierunt, Patarenos se nominat, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis eterne, sub uno contextu nequitie in simul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipso: Deum, qđ Dei fidem, & filiū non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimonie, hæreticę pra- uitatis obiectamenta ministrant. crudelius ēt sœvū in seipso, dum post animatum dispendium, corpo- ra denique seuerę mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & v̄tē fidei possint euadere, v̄tē pro- digi, & necis improvidi seckatores involunt; & (qđ est ipso diuē dirissimum) superstites ēt non terribiles exempla. Contra tales sibi Deo, & hominibus sic infestos continere non possumus motus nostros, quia debita vultus in eos gladium exeramus: tanto ipsis instantius persequentes, quanto in evidentiorem delusionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quæ caput ecclesiastum omniū iudicatur, su- persti-